

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5827

Auteur(s) : Robert Hostiarius, Gisors (bailli)

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1283, 11 février

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

S'adressant au doyen de Saint-Martin de Tours, Robert Hostiarius, bailli de Gisors, rend compte des acquisitions faites par ce dernier et les moines de Vaux-de-Cernay dans la terre du roi et de la reine Marguerite.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissé, 1869, t. 3, p. 273.

Texte établi d'après a

Roberti Hostiarii, baillivi Gisorcii, de finacione quorumdam acquisitorum.

Viro venerabili et discreto, dilectissimo domino suo, domino decano Sancti Martini Turonensis, illustris regis Francorum cancellario, Robertus dictus Hostiarius, ballivus Gisorcii, salutem, et sue tocius possibilitatis obsequium cum reverencia debita et honore. Noverit vestra veneranda discretio monachos Vallis Sarnayi mecum finasse de acquisitis factis in terra domini regis et domine regine Margarete que sequuntur : Hec acquisierunt in terra domini regis, titulo emptionis : quamdam masuram cum duabus acris nemoris, sexdecim acras terre arabilis et sexdecim solidos annui redditus de quibus duodecim solidos annuatim ; item, duos capones redditus que emerunt a domino Petro de Cauda de Ez, milite ; item, dimidiam acram terre emptam a Johanne de Capella ; item, dimidiam acram terre emptam a Richeude Pelliparia ; item, sex acras et dimidiam terre emptas a Johanne de Bosco Geralmi ; unam acram et dimidiam emptam a Henrico Borel de Bosco Geralmi. Hec sunt que tenent ex elemosinis sibi factis : sex acras terre de dono Johannis, dicti Chevalier ; Item, tres virgatas terre ex dono Roberti de Pormor ; item, duas acras terre ex dono Johannis Anglici ; item, unam acram terre ex dono Radulphi Touroude, que omnia sita sunt in territorio de Tilliaco de Bosco Geralmi et de Cauda de Ez. Hec sunt que tenent in terra domine regine titulo emptionis : unum quarterium vinee in parrochia de Gamelli ; Item, quamdam plateam vacuum ubi fuit olim domus in eadam parrochia. Hec tenent ex elemosinis in dicta parrochia ; ex dono Teophanie la Mugnoe duos solidos annui redditus super quamdam masuram ; item, ex dono Radulphi de Malo Alneto, duos solidos annui redditus super vineam suam de l'Erable ; item, sex solidos annui redditus super masuram Richardi de Moncelio ; Item, in parrochia Beate Marie de Vernone, ex dono Galensis de Fontanis, decem solidos annui redditus, super ortum Richardi le Coc ; item, de dono Radulphi Touroude, quamdam domum que modo est platea vacua ; Item, de dono Radulphi Anglici et Nicolae, ejus uxoris, quatuor solidos annui redditus super domum Roberti Helloyn ; item, in parrochia Sancti Marcelli, in feodo au Havardois, de dono Petri Lestine, quamdam peciam vinee. Et omnia hec sita sunt in terra domine regine, scio per certificationem litterarum ballivi domine regine ; et ea que sunt in terra domini regis per inquestam seu aprisiam super hoc diligenter factam. Unde venerandam discretionem vestram requiro quod, si vobis videbitur expedire eisdem monachis financie premissorum domini regis litteras concedatis. Valeat in domino vestra

discretio liberalis. Datum anno Domini M° CC° octogesimo secundo, die mercurii post octabas Purificationis. Summa financie emptorum in terra regis, triginta novem libre quimdecim solidi ; summa elemosinarum C. solidi ; summa emptorum in terra domine regine quadraginta quinque solidi ; summa elemosinarum quatuor libre octo solidi.